Paulus 5. in t.o 3. Bullarij in appendice fol. mihi 68 in bulla edita an. D. 1616. die 6. Iulij ubi renouat constitut. Sixti IV quam innouauit etiam Concil. Triden. sess.e 5. de peccato originali in dicta bulla § 1. linea 9. immaculatæ Conceptionis officium celebrantes inquit. Pontifex

Vrbanus VIII anno 1626 die S. Francisci festo 1.m lapidem templi fratrum Capucinorum in Vrbe immaculatæ Virginis Conceptioni dicati, iecit, ut est in libro typis excuso Romæ 1642 de Pontificibus maximis Marianis ab Hippolyto Marraccio lucensi. e congregat.e regularium Clericorum Matris Dei apolita;

Esse definibile probatur, quia datur in ecclesia regula siuè iudex infallibilis controuersias decidendi, et explicandi scripturam iuxtà uerum sensum ipsius ergo etiam in proposito an B. Virgo concepta sit in peccato originali, et an scripturæ generaliter ac sine exceptione intelligi debeant, quæ sunt de originali peccato ab omnibus contrahendo. Deniquè omnia decreta hactenus edita circa istam quæstionem supponunt, ac expressè meminerunt posse definiri.

Vt de facto possit definiri non minora media suppetunt quàm quibus res aliæ definitæ sunt, ut quod B. Virgo actualiter non peccauerit: quod animæ iustorum uideant Deum ante diem iudicij, quod colendæ sint imagines, quod sint habitus gratiæ infusi etc: de quibus rebus alias dubitatum est, ac de primo non pauci graues Patres tenuerunt affirmantem partem: de 2. sensit Ioan: XXII. ut priuatus Doctor, et ità doceri præcepit: de 3. Conc. Vienn: dixit solum probabiliorem esse partem affirmantem: De omnibus nec sunt apertæ scripturæ nec traditiones: sed accedente ratione cum assistentia SPS. exposita sunt scripturæ examinatæ traditiones, postremò facta est definitio; ut et de quibusdam libris quod essent Canonici, ut Epistola ad Hebreos, Jacobi, apocalypsis Sapientiæ Machabeorum etc

De preseruata B. Virgine à peccato originali rationes plures, et meliores afferuntur quam quod non peccauerit actualiter propter quas potest definiri illud non minus quàm istud, imò magis; cum quod contraxerit originale peccatum nemo antè scholasticos clare dicat; sicut ut priùs dictum est, non pauci patres asserunt quod actualiter peccauerit. et quod imagines adorari non debeant adeò multi Catholici, fauente in speciem toto ueteri testamento

Loco traditionis pro Immaculata conceptione ut omittantur antiquissima testimonia iam inde ab Apostolis, quæ afferri solent, nec carent probabilitate potest, ac debet esse à tot iam seculis inualescens semper in dies indubitata in tota Ecclesia paucis admodum exceptis, sententia, cum approbatione Pontificum et Conciliorum opposita pars dumtaxat tolleratur prohibendo ne quis censuram in illam proferat: nunquam uero pronunciando illam esse probabilem. Sic olim aliquandiu tolerata est opinio de rebaptizando illos qui

UNIV. LITERARIA DE GRANADA

illos qui baptizati essent ab hereticis, ne dicerentur in Christo du
ne cogerentur ad cultum imaginum, ne etiam ad damnandum
Theodoro Mopsuestiensi
* de Iba, Theodoreto, ~~Cyrillo~~, de quibus in concilio Chalcedonensi
la etc.* pro quo ultimo Iustinianus tam acriter institit apud Ponti
sentes a quibus etiam tandem impetrauit
Quod autem definitione de fide sit opus nec sufficiat modus canon
aut simile decretum decreto Concilij Basileensis, hinc suadetur qu
a deo contentiose hactenus in hac re contraditum sit neque suffece
decreta, et multi ex aduersarijs teneant non esse omnino infalli
cum canonizationis imo Pontificem circa illam errare posse, u
efficax remedium quo captiuetur intellectus in obsequium fi
in posterum occasio precidatur scandalorum et peccatorum etiam i
Neque vero parum ualere debet, ad hoc impetrandum cum commu
piorum omnium paucissimis exceptis, tam propensa enixa sequ
Regis Catholici aliorumque Principum, Academiarum, ordinum
rum postulatio: tantus in hanc partem sensus pietatis, non si
tionibus et miraculis de quibus non minores probationes formari
de Sanctis canonizandis
Et quod attinet ad petitionem Regis Catholici aliorumque Princi
res definiatur de fide, imitantur isti alios predecessores suos: qui
sepius ac instanter petierunt, et impetrauerunt ut uel per se ipsos, ue
lia ab ipsis approbanda nonnullas res fidei determinarent: qui
Principibus Pontifices et Concilia gratias hoc nomine egerunt ne
quando ut operam suam ad id conferrent rogauerunt: idque
ulla uel quando subiecti erant illis de facto Pontifices in tempo
sponte ac postea etiam quam cessauit eiusmodi subiectio
Verum quod in presenti materia non requiratur Concilium, patet: quon
controuersias Pontifices deciderunt absque Concilio: utriusque etiam
tiones notissime sunt, diuque agitatae: et aduersarij, si cum reliqua
comparentur pene nulli et res inter Catholicos agitur qui de Pontifi
ad hoc auctoritate conueniunt

Ad hoc preterea faciendum mouere debet necessarium B. Virg. hisce maximè temporibus patrocinium; quod Ecclesia ut experiretur, et quia experta fuerat decreuit contra Nestorium esse Deiparam, instituitque festiuitates Natiuitatis Visitationis et similes

Quod 2. definiatur non comprehendi B. Virginem generalibus locis scripturæ plane sequitur eam prorsus liberam esse quia originale peccatum incurritur dumtaxat eo modo quem scriptura tradit nempe per propagationem, nullo modo per proprium actum, ac multo minus tanquam à Deo ipso in anima productum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA